

precibus, & charitate retinendam vocationem. q. d. Vos qui spirituales estis, date operam, ut magis ac magis eum vivit lapides coagmentemini in structuram Dei, in vitantes solido fundamento sanctissime fidei vestrae, PER SPIRITUM S. ORANTES. c. Hæc est perseverandi ratio, si Dei virtute instructi simus. Ergo quoties de fidei constantia agitur, ad preces confugiendum est. Quia autem perfunctorie vulgo oramus, addit in spiritu: ac si diceret, tantam esse pigritiam tantumque; fignus carnis nostræ, ut rite orare nemo queat, nisi spiritu Dei excitatus: sic ad diffidentiam & trepidationem nos esse proclives, ut nemo Deum vocare Patrem audeat, nisi illo eodem spiritu dictante. Nam hinc sollicitudo, hinc ardor & vehementia, hinc alacritas, hinc fiducia obtinendi, hinc denique genitum illi inenarrabiles, quorum meminit Paulus Rom. 8. c. 16. Ergo nō absque iudas docet, neminem posse orare ut oportet, nisi directore spiritu.

**21. Vos invicem in charitate Dei servate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.**

VOS INVICEM IN CHARIT. b. Quum charitas illud glutinum sit, quod compingit nos & conglutinat in unum corpus, vetumque Deo placens templum, ad vigilandum est, ut charitate mutua cohareamus, & nos in concordia retineamus. a. De qua multa in precedentibus habuimus. EXPECTANTES MISERICORDIAM DOMINI NOSTRI IESU. c. Quoniam multa nos ad defectionem sollicitant, ut difficile sit nos servare Deo usque in finem integros, ad ultimum diem fideles renocat. Sola enim eius expectatio sustinere nos debet, ne vaquam animos despondeamus: alioqui singulis momentis deficere necesse erit. m. Hic itaque spes docetur, & commendatur eius. Nostra siquidem vita insituta sic debet, ut nihil nisi suspiratio atque expectatio sit vitæ futuræ, IN VITAM ÆTERNAM. a. Hic finis est, & scopus nostrarum omnium actionum. c. Notandum autem, quod iudas vitam æternam non vult sperari, nisi ex Christi misericordia. Nam ita iudex noster futurus est, ut gratuitum redemptionis à se patris beneficium pro iudicandi regula habeat. a. Faciant hic igitur omnia hominum merita: non enim ex operibus iustitiæ, quæ faciebamus nos, inquit Paulus, sed secundum suam misericordiam Christus saluos nos fecit, Tit. 3. b. 3. b. Huac ergo finem spectantes serviamus Deo in fide vera & charitate non simulata.

**22. Et alios quidem commiseramini diiudicantes.**

ET ALIOS QUIDEM COM. 1. Postquam iudas multa dixit de illusoribus & seductoribus, c. alteram exhortationem adiungit, qualiter se gerere debeant fideles in corrigendis fratribus, ut eos ad Dominum reducant. Variè aut tractandos esse admonet, unumquemque scilicet pro suo ingenio, nam erga mansuetos & dociles clementia utendum est: aliorum maior est duritia, ergo terrore subigendi sunt. Hæc est diiudicatio, cuius meminit. a. Primum quidem charitatis ingenium describit, m. quod est dolere quosdam ita miseros esse, cæcos atque obstinatos, ut de salute animæ nihil sint solliciti. a. Certe charitas cupit servare omnes: quare non potest non dolere de miserorum hominum interitu. Quod in maxima autoritate & sanctimonia præditis vitis conspiciere licet. Nam Samuel non sine magna commiseratione fatum Saulis luxit. 1. Sam. 15. g. 35. & 16. a. 1. Jeremias quoque excidium Ierosolymitanum acerbissime desleuit, capit. 9. a. 1. 1. Paulus etiam hunc in modum Philippensibus scribit. Complures ambulat, de quibus sæpe dixi vobis, nunc autem & flens dico, inimicis crucis Christi, quorum finis perditio est, quorum Deus venter, & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant, c. 3. d. 19. Et alibi, Metuone qua fiat, ut si venero, non quales velim reperiam vos, & ego reperiar vobis, qualem nolitis: ne quo modo sint cōtentiones, æmulationes, iræ, concertationes, obreccationes, susurri, tumores, seditiones. Ne iterum vbi venero, humilium faciat me Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum, qui ante peccaverunt, nec eos ponit immunditiæ libidinis & impuditiæ quam patitur. 1. Cor. 12. g. 10. Quin & Dominus ipse Iesus Christus, quum perspectam haberet Iudæorum nequitiam, & ingratitude, à lacrymis, iam vbi Ierosolymitanæ proximitas, non abstinuit, Luc. 19. f. 41. DIJUDICANTES. b. Quidam verterunt, Dum diiudicamini, c. Sed quum participium *διαικονοῦν* sit ambiguum, a. huius significatio contextui longe melius quadrat. Summa ergo est, si volumus nos errantium salutem consulere, considerandam esse cuiusque naturam: ut qui mites sunt, ac tractabiles, placide reuocentur in viam, tanquam digni misericordia, si quis autem contumax est, severius corrigatur. a. Sunt qui *διαικονοῦν* non incommode verterunt, habentes delectum.

**23. Alios vero per timorem servate, ex incendio rapientes: odio prosequentes etiam maculatam à carne tunicam.**

ALIOS VERO PER TIMOREM. b. Q. d. Non satis est miseram improborum hominum sortem deplorasse, nisi etiam omni studio aduigilemus, ut quos videmus adhuc esse curabiles: quouis modo Christo lucrificiamus: præcipue autem virgemus illos metu & minis diuini iudicii. Et quoniam odiosa est fere asperitas, eam necessitate excusat iudas, qui aliter servari nequeant, qui non sponte sequuntur bona consilia. 1. x. INCENDIO RAPIENTES. m. Eleganti metaphora vititur. Nam vbi est incendii periculū, violenter rapere non dubitamus, quæ cupimus habere incolumē, neque. n. sufficeret innuere digito, vel blande manum porrigere. Sic et curanda est eorum salus, qui ad Deum nisi duriter tracti non venirent. Notanda est et hæc loquutio, qua seruandi verbum ad homines transfertur: non quod authores sint salutis, sed ministri. a. Ita accipi

debet hi Scripturæ loci, Attende tibi ipsi & doctrina, perfisse in his. Nam si id feceris, te ipsum servabis, & eos qui te audierint, 1. Timot. 4. d. 16. Item; Fratres, si quis inter vos erraverit à veritate, & conuerterit quis eum, sciat quod qui conuerterit peccatorem ab errore via sua, saluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum, Iacob. 5. d. 19. ODIŌ PROSEQUENTES ETIAM. c. Locus hic qui obsecutus alioqui videtur, nihil habebit difficultatis, metaphora bene explicata. Vult fideles non tantum cauere à vitiorum contactu: sed ne qua ad eos contagio pertingat, quicquid affine est ac vicinum, fugiendum esse admonet. Quomodo enim si de impudicitia sermo haberetur, dicemus tollenda esse omnia libidinum incitamenta. Id etiamnum clarius fiet, si impleatur oratio: nempe ut oderimus non carnem modo, sed tunicam, quæ eius contactu infecta sit: nam particula & ad amplificationem valet. Malum igitur adeo non permittit indulgentia foueri, ut omnes præparationes omniaque accessoria (ut vocant) potius resecari iubet. n. Alii hunc sensum esse volunt. Nolo ut nimium familiares vos efficiatis malis, aut ut colludatis cum illis: sed ut odio habeatis malos, non ipsam quidem mali personam, sed quatenus mala est. Fit enim nonnunquam ut sani & extra periculum constituti, propter humanam imbecillitatem vna cum illis pereant, quibus serunt suppetias, hoc est, quia meliores sæpe viuuntur à peioribus. Sed simplicior est prior expositio.

**24. Ei vero, qui potest vos seruare à peccato immunes, & statuere in cōspectu gloriæ suæ inculpato cum exultatione.**

EI VERO QUI POTEST VOS SERV. Hæc Epistola gratulatoria conclusio est: b. in qua ostendit iudas Christi seruus, quis seruet à peccato, unde sint perseverantiæ & bonorum omnium vires, unde sit vita æterna, à Deo videlicet. c. Nihil enim possunt omnes exhortationes nostræ, nec studia, nisi ex Dei virtute effectus proueniat. a. Quod Paulus his verbis satis aperte demonstrat, Fiduciam huiusmodi habemus per Christum erga Deum, non quod idonei simus ex nobis: sed cogitate quicquam tanquam ex nobis ipsis; sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est. 2. Cor. 3. 2. 4. Et alibi, Deus est is qui agit in vobis, & ut velitis, & ut efficiatis pro bono animi proposito. Phil. 2. b. 13. VOS SERVARE. c. Quædam exemplaria habent eos. Quam lectionem si recipimus, sensus erit, Vestrum quidem est conari ut salui fiant: sed Dei solus est præstare. a. Sic enim per Prophetam loquitur. Ego, ego, (inquit) sum Dominus, & præter me non est seruator, Esa. 43. b. 11. & 45. d. 21. Item, Et ego Dominus Deus tuus à terra Ægypti, ut Deum præter me non agnosceres, neque seruatore præter me, Ose. 13. b. 4. c. Altera tamen lectio contextui melius quadrare videtur, ut sit allusio ad superiorem sententiam. Postquam enim fideles hortatus est ad seruandum, quod perit, ut intelligant conatus omnes fore irritos, nisi Deus operetur, ne ipsos quidem aliter seruari posse testatur nisi Dei virtute. Quamquam in hoc posteriore membro aliud est verbum, *φύλαξτε* scilicet, quod custodiam sonat. Ita ad remotius illud membrum respiceret, vbi dixit, Vos seruare, vel custodite. ET STAREVERE IN CONSPECTU GLORIÆ SUE INCULPATOS. a. Paulus dicit nos ante iacta mundi fundamenta electos à Deo esse, ut essemus facti & irreprehensibiles coram illo per charitatem, Eph. 1. a. 4. Sed nunquam tales inueniri poterimus, nisi Deus ipse illud in nobis efficiat. c. v. m. EXULTATIONE. l. Hæc particula ad perseverantiam fideles animare debet. q. d. Exultabitis vos, & gaudebitis in aduentu Domini nostri Iesu Christi, morientibus aliis qui interim videntur suauiter vivere. a. Vera igitur exultatio cum fide coniuncta est: sicut Petrus docet his verbis, Quem quum non videritis, diligitis, in quem in præsentia, quum non videatis, credentes tamen exultatis gaudio ineffabili & glorificato, repositantes fructum fidei vestrae, salutem animarum vestrarum, 1. Epist. 1. b. 8. Hæc piorum exultatio hic quidem incipit, sed in Christi aduentu modis omnibus complebitur.

**25. Soli sapienti Deo, seruatori nostro, gloria, & magnificentia, & imperium, & potestas, nunc & in omnia secula. Amen.**

SOLI SAPIENTI DEO. c. Quum sapientiæ laus vni Deo vindicatur, omnibus adimitur creaturis. Vide Rom. 16. d. 27. SERVATORI NOSTRO. a. Iam diximus, & ex Scripturis probauimus, solum Deum authorem & consummatorem esse salutis nostræ, versu 24. GLORIA, ET MAGNIFICENTIA, ET IMPERIUM ET POTESTAS. Omnem gloriam sicuti sapientiam vni Deo vindicat. Sicuti Paulus, quum dicit, Regi seculorum immortalis, inuisibilis, soli sapienti Deo, honor, & gloria, 1. Tim. 1. d. 17. Et Dauid, Sit Domini maiestas æterna, gaudeat Dominus in operibus suis. Psalm. 104. d. 31. NUNC ET IN OMNIA SECVLA. Esti ad impiis iugiter nomen Domini blasphemis impetitur, illius tamen laus & maiestas à piis omnibus, etiam nunc celebratur & annunciat. Hæc laudis confessio sacrificium est Deo nostro acceptissimum, quemadmodum ipse per Prophetam testatur, qui laudem sacrificat, is me glorificat: & hæc est via per quam ostendam ei salutem Dei, Psal. 50. d. 23. AMEN. Confirmantur hæc familiari voce, qua cunque à sanctis viris à spiritu sancto impulsis hæcenus scripta sunt, & nobis commissa, ut de eorum fide & veritate minime dubitemus, sed illis perpetuo in hæretamus. Quod nobis largiatur Pater ille cœlestis, qui nos in societatem Filii sui Iesu Christi vocare dignatus est. b. Cuius sit, confessio & gratiarum actio in secula seculorum, Amen.

**IN APOCALYPSIN IOHANNIS APOSTOLI CATHOLICA EXPOSITIO ECCLESIASTICA.**

Authorum nomina, qui in commentariis in hunc Librum citantur.

b. Bulingetus. p. Primatus. s. Seb. Meyer. l. Lamber. v. Viretus. o. Pignatus. a. Aug. Mailoratus.

**ARGVMENTVM.**

ET SI de huius libri autoritate ac certitudine à plerisque hæcenus dubitatum est, imo vero ipsum nonnulli pertinacissime repudiarunt: quia tamen quicquid continet, plurimum ad Ecclesiæ Christi ædificationem & utilitatem conducit, atque à plerisque veteribus communi consensu receptus fuit, nefas iam esset de eius veritate ac autoritate vilo modo ambigere. Quamquam de eius auctore, aut (si maius) scriptore vix etiam hodie inter facturam Scripturarum expositores conuenit. Fatentur quidem omnes (quod & contextus ipse clarissime testatur)

Itam Iohannem dicitur Iohannis nomine negat, esse verum summa eruditione incredibilem conol. & fere sphingicis illi sub huiusmodi 22. b. & d. 10. A sum orbem potie uerfus seculum legant. Fatentur quod ipsos non semel d. pifices quidem fuerunt, qui d. hunc librum hystorias. Doce quonibus ex d. descriptionem. le nam vera sit fidel & reproborum. m. matris, quam t. nominibus dign. tiffime legatur, & non inuiti articulo clamores motem quum Papisticæ qui dudum veni aduentu in iudic

Reuelatio quum misse hanni,

REVELATIO Iohannis uelut deinde cuius n. peruenit: Quam vocem reuelatio est Apocalyp. bus creditur quidem Hebræum apud P. reuelauerit se. sam tuam age 21. b. 9. 3. Quæ reuelantur & quatuor, libri Prophetica constant, & c. torus hic liber oraculis. Scimus de Domini dum apud M. ne apparet. phum habuit ro Christo lii Dei Ba. nus hoc re. quorum c. te vide A. Dominus volebat d. tibus id p. sti. s. Hi. Patrem de. diti, Colo. stus modis debet, si c. rat; que. notanda e. in eo cor. ad nos per. enim, de c. vnus nol. VT PALA. monstrare nem Iesu. peum fuit. rebus obli. non caret. blico. m. S. suo hæc p. quoque n. a. h. certe. aperte: 1. PORTA. quædam ad sua. c. fuent. dil. cum præ. a. Quam. lias & li.